



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

LI. De Contritione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

RESPONDETUR.

Diana part. 3. tract. 4. resol. 51. citat 17. Auctores, omnes ferè ex Societate, qui asserunt, negandam esse illi absolutionem, qui rationabilem & justam penitentiam recusat. Idem Diana 10. alios citat, quorum major pars ex Societate non est, qui docent, in eo casu, absolutionem negandam non esse, quia scilicet ad essentiam Sacramenti penitentia non pertinet: Primæ sententiæ adhareo, quamquam si magna Penitentis contritio est, antiquus mos fuit in Ecclesia, levem penitentiam injungere, quia scilicet contritio valde intensa omnem ferè penam temporalem expungit; indulgentiæ item justam merito penitentis causam præbere possunt: cæterum ut dicam, quod sentio, hæc materia de satisfactione, in numeris ferè controversis & questionibus campum aperuit, quæ inter morales in utramque partem disputantur, de quibus cum nihil ab Ecclesia definitum sit, quid mirum, si Doctorum disputationibus permittatur, & cuilibet in re problematica, in suo sensu liceat abundare; unum breviter indico, paucissimos esse, qui dururnas & graves penitentias impleant, unde viderint Confessarii quid expediat.

CAPUT XLIX.

De dispositione Penitentis.

Docent item, quando penitens affirmat, se abhorre à peccatis, Confessario ultra laborandum non esse, circa interiorē illius dispositionem; idem dicendum de proposito emendationis futuræ; nisi fortè aliquid restituendum sit, vel aliqua occasio proxima removenda.

RESPONDETUR.

Modò cætera, more solito, ponantur, confessio scilicet integra, cum ipsa contritio, vel attritio sit in ipsa voluntate, necesse profectò non est, ut aliis signis, quam verbis Confessario significetur; nemo enim dicere aulit, dolorem sensibilem in lachrymas erumpentem necessarium esse; cur igitur Confessarius fidem habeat penitenti, peccata sua confitenti, cur fidem eidem detraheret declaranti se penitere scelerum admisorum, ac statim in posterum abstinere; modò nihil sit aliud, quod pravam penitentis dispositionem ostendat; minor sanè, hæc objici, si enim creditur homini asserenti, se non esse baptizatum, eique confertur Baptismus; & accedenti ad mensam Eucharisticam, sacrum Christi corpus porrigitur, ac proinde rectè dispositus creditur; quidni ritè confessus, asserens se rectè dispositum esse, se dolere de peccatis, seque in posterum nolle peccare, cum nullo alio impedimento supponatur, quidni inquam absolutionis beneficio donabitur?

CAPUT L.

De eodem argumento.

Docent iidem, necessarium non esse, ut Confessarius sibi persuadeat, penitentem suum non lapsurum amplius, modò judicet, hic & nunc, esse rectè dispositum, id est, dolere de peccatis, & habere verum propositum non peccandi in posterum.

RESPONDETUR.

Paucos haud dubiè Confessarius absolutos remitteret, si ante absolutionem, certò sibi persuadere deberet, non lapsurum amplius penitentem; hoc quidem sperat, desiderat, & probabiliter credit, confusus de divina gratia, timet tamen, & jure quidem, præ-

sertim si magna penitentis propensio est, ne deest labatur; præterea eadem ratio pro peccatis venialibus confessis militaret, ut patet; standum igitur in minore & magis utili Ecclesiæ usum, quem nullus Catholicus damnare potest; onus intolerabile penitentibus & confessariis minime imponendum; exemplum Christi præ oculis habendum, qui S. Petro indicit, se septuagies septies, id est, indefinitè peccanti fratris offensam remitteret; Confessarius igitur absolvere debet penitentem, licet probabiliter credat, forte, ut alterum peccet, modò hic & nunc rectè dispositum esse cognoscat, id est, ritè confessum, cum vero dolore & proposito; imò licet penitens hoc idem iudicet, suæ fragilitatis confusus, modò tamen verum debet propositum habere, & peccatum ipsi displicere, quod quid aliud obstat, absolvendus est; nempe hoc justum timore a Deo ad remedium Sacramenti prodens confugit, ut scilicet divine gratiæ subsidio, in incertam suam sublevet, & corroboret; quem ad modum podagra laborans, etiam reversurum morbum prævidet, quæ tamen tollendi ingenti desiderio tenetur, & quare vehementius timet, ne moribus recrudescat, eo magis parandorum remediorum studio ducitur: & ne hoc omittam, quibus amabò signis interiorē animi dolorem & dispositionem penitens significare possit lacrymis fortè, aut suspiris, sed hæc quoque in ingratos homines possunt; imò cum quis dicit, in confessorio se dolere de peccatis, in justus est Confessarius, si eadem detrectet, cur enim penitens, qui sponte accedit, qui scit, fictionè fore se legit, cur inquam tingeret? facile crediderim, illos, qui hæc obijciunt, accipiendis confessionibus diu non vacasse; nempe vel ipso usu facile didicissent, aliter fieri non posse.

CAPUT LI.

De Contritione.

JESU Tæ dicunt, minus probabilem esse illam nonnullorum sententiam, qui docent, contritionem esse necessariam, & attritionem conceptam ex penæ æternæ metu, licet peccandi voluntatem excludat, cum Sacramento non sufficere.

RESPONDETUR.

Ita est. Theologi ferè omnes, qui post Tridentinam scripserunt, docent illam sententiam minus probabilem; ut potè quæ Trid. decretis omnino repugnat; fateor tamen, ante Trid. non a què certum fuisse, ut Suar. monet; nempe Trid. rem hanc quæ nonnullis obscurior videbatur, clarissimè meo judicio declaravit ac decidit; ex qua declaratione, hunc qui modò est certitudinis gradum habemus; fateor etiam, non paucos Casuistas docuisse, attritionem illam superatam scilicet, conceptam ex timore penarum temporalium, sufficere ad Sacramentum, modò ad sit propositum non peccandi: si enim timor æternæ penæ sufficit, timor penæ temporalis non sufficet: fateor demum, quæ sacra Scriptura Deus comminetur: fateor demum Valentia, præcipuè Sacramenti penitentia esse, esse justificationem peccatoris, & remissionem peccatorum; ac proinde Sacramentum hoc esse contritionem, si contritio perfecta præcedere debet etiam, etiam remisso peccato, hoc Sacramentum nunquam carere alio suo effectu, eoq; maximo; cum scilicet novum gradum gratiæ producat, quo anima perficitur, & durescit; hæc autem Theologi satis facile explicant.

In his omnibus, nihil video, quod censura dignum est, quam in lege scripta; nam licet in hac, ad justitiam

perfecta contritio necessaria esset, in illa verò
 contritio cum Sacramento, non tamen proprie
 gratia divina amore profertur, ut solum
 contritio admittat: nempe in justificatione divina
 contritio infunditur, divini scilicet amoris principium,
 cuius gratia a ceteris auxiliis conjunctum, quibus
 amor ad amandum Deum excitatur & adjuvatur; cum
 gratia ad Dei amorem plurimum confe-
 rentur, illa in lege gratia longè facilius sit, quam
 in lege scripta; quare haud immerito
 dicitur, in hoc haud dubiè, inferior, quod
 nullum Sacramentum haberet, vi cuius, homo adul-
 terium committeret, & divinas illas virtutes acciperet,
 quas nostrorum Sacramentorum usu, in lege gratia,
 Deo nobis infunditur; non valet igitur Adversariorum
 contentio, quæ eo, quod per attritionem cum
 Sacramento in lege gratia justificemur, deducunt,
 deo amor in lege gratia minus consultum esse,
 quam in lege scripta, contrarium potius deducendū
 esse, cum enim in lege gratia homines facilius justi-
 ficentur, patet, & cum in justificatione, divina cha-
 ritas infunditur, inde sequitur, divini amoris usum
 faciliorem esse; sed frustrà in his hæreo, quæ nullam
 habet difficultatem.

CAPUT LII.

De amore Dei.

Ordines Societatis eximunt homines ab obli-
 gatione amandi Deum, docentq; hominem
 salutem salvati posse, qui per totam vitam,
 nullum actum amoris erga Deum elicerit.

RESPONDETUR.

Mores ferè Theologi agnoscunt, admittuntque
 obligationem amandi Deum, hominibus imposi-
 tam, non tamen convenientem de tempore, quo præce-
 ptum amandi Deum obligat: dicunt omnes, hominè
 teneri amare Deum, sed nemo certè statuit tempus,
 quo amare tenetur, variè varia dicunt, idq; probabili-
 ter, illorū tamen opinio mihi præ cæteris placet, qui
 dicunt, hominem teneri, cum gravis aliqua tentatio
 animam illius pulsat; tunc enim bonum sensibile sen-
 sibus nostris maximè afficit; quo fit, ut ratio valde tur-
 batur, voluntas titubet, & viribus ad resi-
 standum necessariis careat, nisi Deus objectum ali-
 quod ipsi offerat, vel maximè formidabile, ut crucia-
 tum; vel maximè amabile, divinam scilicet
 bonitatem, quo subortæ passionis motus reprimatur,
 & animam tentatione urgente, divinæ gratiæ illapsu,
 Deo ad divinum amorem, voluntatem meam exci-
 tant, probabilè est, me teneri ad actum amoris elicien-
 dum, ut ab objecto tentationis animam avertam: non
 debet, quin illi, qui graves tentationes idem tamen su-
 pponunt, crebros divini amoris, quem appetitivum
 vocant, actus exercent, etiam incogitantes, propter
 communitatem, quam maximè sentiunt, in bonum sensi-
 bilem dependentem.

CAPUT LIII.

De opinionum laxitate.

Magis laxiores & liberiores opiniones excogita-
 vant, non sine morum corruptela; nihil enim ferè
 quod secundum Casuistas, modò non liceat,
 dumtaxat præceptum intactum ab iis relic-
 tum, quæ suis explicationibus penitus tollunt.

REFELLITUR.

Quæ dicta sunt hucusque, hæc nota Casuistis
 facile diluitur: nam ex iis omnibus opinio-

nibus, quas adversarii supra Casuistis exprobrarunt,
 tres aut quatuor dumtaxat adnotavi, quæ licet spe-
 culativè probabiles sint, ad præm tamen turè redu-
 ci non possunt; totidè in praxi tutæ sunt, licet fortè
 minus probabiles speculativè; reliquæ omnes com-
 munes sunt & probabiles. His præmissis, respon-
 sionem ad hanc objectionem ad cetera capita reduco,
 & majoris distinctionis gratia, numeros adnoto.

I. Negari non potest, à nonnullis auctoribus, ali-
 quot opiniones excogitatas & publicatas fuisse, reli-
 quis ferè omnibus refragantibus, quæ nullo modo
 probabiles censendæ sunt, easq; vel laxiores, & mitio-
 res, vel duriores & strictiores, v.g. cuiuslibet errorem
 suum esse probabilem; nullam legem humanam obli-
 gare sub pena peccati mortalis, præceptum Ecclesia-
 sticum jejunii non obligare sub mortali culpa; Prin-
 cipes non habere jus vitæ & mortis; beneficia ratione
 temporalis vendi posse; nullam simoniam de jure
 Ecclesiastico subici pœnis contra simoniacos latis; sine
 vitio posse aliquid accipi supra sortem, ratione
 dilationis & privationis pecuniæ; probabile
 materiam Baptismi esse lac, vinum, arenam, sangui-
 nem, &c. non teneri Beneficiarios sub mortali expen-
 dere superfluum in opera pia; non teneri etiam, o-
 mnibus Horis Canonis, restituere ante sententiam
 Judicis; Portionem congruam Cardinalis esse 50,
 vel 60. millium nummum, de qua non teneatur quid-
 quam dare pauperibus; attritionem cum Sacramen-
 to non sufficere, sine aliquo actu veræ & perfectæ
 charitatis; quamlibet actionem, quæ à charitate pro-
 fecta non sit, peccatum esse; rebaptizandos esse bap-
 tizatos à Calvinistis, vel Lutheranis; nullam opinio-
 nem probabilem tutam esse in praxi; dispensationes
 negari posse sine causa, etiam cum maximo damno
 supplicantium; non posse bona maximi momenti ar-
 mis defendi sine peccato; absolutionem Sacramen-
 talem dari non posse, nisi pœnitentia, eaque satis longa
 peracta; nullam legem humanam desuetudine
 abrogari; omitto multas alias, tum mitiores, tum
 duriores, quæ nullo jure probabilitatis gaudent.

II. Negari etiam non potest, esse aliquas opiniones,
 quæ licet utcumq; speculativè probabiles sint in praxi
 tamen tutæ dici non possunt, id est, ut more vulgari
 loquar, quæ sunt probabiles speculativè, non practi-
 cè: sunt autem illæ, quas maxima pars classicorum &
 gravium auctorum probabiles esse negat, aliquot
 ejusmodi supra artulimus, nulla autem ex his morum
 corruptela timenda est, quæ cum ex pravo usu oriatur
 & nunquàm illæ ad usum licitè reduci possint, nullam
 unquàm bonis moribus corruptionis labem conciliant.

III. Negari demum non potest, utrimq; vitium fu-
 giendum esse, nimia scilicet laxitatis, & nimii rigoris,
 utraq; extremitas vitiosa est; utra verò magis noxia;
 erunt, qui nimiam laxitatem, erunt, qui nimiam duritiem
 esse dicant; quod ad me attinet, ut damno utramque,
 ita nimiam duritiem magis noxiam esse putarem; sine
 enim, v.g. duæ opiniones oppositæ, quarum altera mi-
 tior, altera durior sit; mitiorè sequi & amplecti pos-
 sum sine peccato, modò verè probabilis sit: vel is, qui
 eam sequitur, inculpabiliter probabilem esse credat;
 igitur sive reducatur ad usum, sive non reducatur,
 nullum peccati periculum est: at de duriore secus ac-
 cidit; nempe ut possum illam sequi sine peccato, ita si
 ad eam teneri me putem, etiam per errorem, illam o-
 mittere non possum sine peccato; igitur magis noxia
 est: nam mitior culpa semper vacat, sive illa utaris, si-
 ve non utaris, durior verò culpa vacat si utaris, culpa
 non vacat, si non utaris.

IV. Imò nimius rigor homines aliquando in despe-
 rationem

MORUM
 BRITANNIÆ
 REFORMATIONIS
 HISTORIA